



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

L. De sacro & adiunctis ossibus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

musculi, singulis digitis inserti bini ita proximi metacarpij ossibus producti. Deniq. pollex tribus flexitur musculis: primo supremus articulus à superiori parteradij deriuato; duobus alijs à pericarpio & pollici subiecto carpo deductis, tum articulus alter, tum infimus. Sed musculi quidem digitorum quatuor flexores rectis constant fibris, quod recta ad carpum flectant, qui verò pollicem flectunt, obliquis aut transuersis; quoniam ad priores illos digitos mouent, vt valida sit & firma manus apprehensio.

Extendunt autem priores quatuor digitos eorumque articulos musculi alij externi: qui tum ab exteriori brachij processu bini exorti pericarpio-colligati, simili prorsus, quo per internam flexores, modo per externam progredientes manum in secundum & tertium inferuntur articulum: tum à metacarpij ossibus alij, qui interioribus similes ad articulum primum exterius pertinent. Pollicem verò alij à cubito ad illius item articulos deducti.

Est & tertius digitorum motus, quo aut adducuntur aut abducuntur. Is est exiguorum illorum musculorum, quos primis quatuor digitorum articulis infigi diximus. Bini enim simul contracti flectunt aut extendunt: ac si alter contrahatur laxato altero, aut vnus flexor & alter extensor illi proximus contrahantur, laxatis duobus ceteris, adducitur digitus vel abducitur. Et pollicis adfunt adductores musculi à metacarpij ossibus producti, alij. ex aduersa parte abductores. Hæc est obscura satis & multitudine musculorum implicata totius manus descriptio quam breuissime fieri potuit comprehensa. Iam de pede dicendum est.

DE SACRO ET AD  
iunctis ossibus.

CAPVT L.

**M** Anum in quatuor partes diuisimus, scapulam, brachium, cubitum, & extremam manum. Nam etsi scapula manus propriè pars non videatur esse, ad manum tamen pertinet: tum quod illius principium sit: tum quod cum non ad thoracem, sed ad artus pertineat, non nisi ad manum pertinere potest: quippè artus omnes manu pedèque comprehenduntur. At pedem manui respondere parèntque esse oportet, & in quadrupedibus bestijs eundem prorsus habent vsum. Pedem igitur quadupartitè item diuidamus, in ischium, femur, tibiæ, & extremum summumque pedem. Hic extremæ respondet manui, tibiæ cubito, femur brachio, ischium scapula: siquidem vt brachium scapulae, sic ischio femur articulatur. Os ischium sacro ossi validissime implantatum est; nec intelligi potest quomodo habeat, quin totius sacri ossis intelligatur structura.

**O** sacri cur dictu. Sacrum os appellatum est; vel quod maximum sit & ab amplitudine *maro* dictum, id est, latum & amplum os: vel quod veluti basis & fundamentum existat aliorum omnium. Huic namque tum spina tota, tum femora & crura innituntur. Pluribus sanè ossibus constat, sed quæ procedente ætate coalescant in vnum, coalitus tenui vix vestigio

**A** relicto. Quinque aut sex in puerulis separantur; quæ vertebrarum spinæ similitudinem quandam referunt: & quò magis descendunt, eò angustantur magis, sùm ipsa, tum eorum processus, qui in superioribus ossibus magnopere producantur.

**C** Continet & sacrum os spindem medullam, indeque quinque aut sex neruorum paria procedunt. Sed infimæ illius parti succedit os nullæ iam medullæ peruium; quod à Coccygis seu Cuculi auis rostri similitudine nomen habuit tribusque aut interdum quatuor ossiculis constat, quæ minora sensim sunt & in acutum tandem desinunt; rostri figura, quæ introsum incuruatur. *Oppositior* etiam vocant, quod auium caudæ & mobilitus eius ossiculis simile sit. Nam in fœminarum partu & in magna ani apertione coniuget, & cedens ampliorem facit locum. Neque enim credendum est pubis ossa seiuungi aperitque parentibus: sed tantum coccygis os cedit; & amplior omnino fœminis, quam maribus, locus: quod tum breuiore linea pubis ossa iungantur & tenuata magis & quasi sinuata distent magis: tum coxendicum infimæ partes magis distent. Ita fœminarum partui sagax & prouida natura prospexit.

**S**uperiori igitur sacri ossis regioni, illius inquam procelibus, os illud vtrinque infigitur implantaturque firmissimè ( in pueris triplici distinctum linea ) quod superiori ac posteriori parte ilium os vocatur; cui appendix summa adnascitur, spina vocata: inferiori & anteriori, qua circa pubem ex vitro que coeunt latere, pubis os appellatur: ad demum media ischium, coxendicis os, quod ibi coxa coxindixit articuletur. Porro hoc os ita vtrinque infigitur, vt simul cù osse sacro veluti peluim efformet, qua intestina, vesica, & fœminæ vterus egregiè continentur. Propterea fœminis ampliora sunt altiùsque educta hæc ossa, vt & fetus tutiori loco gestaretur, & facilius fœminæ gestatio fieret. Externa aut huius ossis regione amplius, rotundus, & profundus continetur sinus excipiendo femoris capiti paratus. Is cartilagine obductus læuis omnino est & lubricus, vt facilis sit tibiz motus, neque assiduo motu atteratur: atque ex media ipsius sede fortissimum producitur vinculum, quod summo femoris capiti infixum firmissimè alligat femur.

**V**niuersum hoc os aut ossium potius compago sanè ad truncum pertinet, non ad artus. Non enim mo uetur, sed immota femoris ac pedis totius motum sustinet: hocque à mobili scapula non parum differt, fuit tamen hoc commemoranda loco, tum quod pedi hoc ipsum sit, quod manui scapula: tum quod sine illa femoris articulatio & motus nec intelligitur nec constat.

DE FEMORE.

CAPVT LI.

**F**emur brachio prorsus respondet & est simile: vnicum os longissimum omnium in homine, in auiibus contra & ferè quadrupedibus tibiæ longior femore. Caput superius, quod ischij, profundo sinu excipitur, vinculoque alligatur, læui obductum cartilagine apophysis quædam est & appendix, quæ in teneriori præ-